



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 14. Angliae Regina victoriæ fructibus frustrata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

ercitus facilis negotio ea, quæ Calabriæ Dux Sæcul. XV.  
eripere nitebatur, recuperare poterat. A.C. 1460.

§. XIV.

*Angliae Regina victoriæ fructibus  
frustrata.*

Haud longo tempore Angliae Regnum victoriæ, quam Regina reportaverat, fructu potiebatur; ipsamet enim duplice errore optimas spes succidebat. Primus erat, quod nimis præpropere, ac inquisitissimo rerum Anglicarum tempore magnam exercitus partem sacramento absolveret. Alter vero, quod pertinaciam nimis imperio Londinenses adigeret, ut ei seditiones traderent, omnes debitum poenis plectendos. Præterea necdum urbem ingressa necessarium pro exercitu suo commeatum a Magistratu petiit, nec non ad deferendam annonam plausta adyehi jussit. Regii Prætorii Præfectus, cui hoc negotium demandatum erat, postulata negare non audebat; unde nil intentatum reliquit, ut regiis Ministris ea, quæ postulabant, suppeditaret; verum rem exequi, non jam sui erat arbitrii; populus enim Eboracensium factioni addictus, summa pervicacia obstitit, nec ullo pacto permisit, ut currus ad urbem adveharentur. Regina comperta temeritate, in rebellem hanc populi fœcem

*Hist. Eccles. Tom. XXIX. B omni*

**Sæcul. XV.** omni poenarum severitate ad ceterorum  
 A.C. 1460. terrorem animadvertere statuit; Nobiles  
 tamen Matronæ summis Magistratum  
 precibus permotæ, Reginam adeunt,  
 iratam placant, tandemque ab ea impe-  
 trant, ut antequam ipsa accederet, prius  
 nonnulli Proceres urbem intrarent, qua-  
 dringentis militibus stipati, ut qua ra-  
 tionum, qua auctoritatis pondere civibus  
 timorem adimerent, quem illis regii ex-  
 ercitus potentia incusserat, demum vero  
 ad ultroneam submissionem illorum ani-  
 mos flecterent.

## §. XV.

*Pembrochii Comes a Marchiæ Comite  
 prælio vicitus, & Reginæ exer-  
 citus profligatus.*

Jamjam consilium maturari videbatur,  
 cum ecce! Londini & in S. Albani  
 oppido fama percrebuit, quod Marchiæ  
 Comes Eboracensis Duci Filius natu-  
 major prope Herefordiam ingenti clade  
 Pembrochii Comitem affecisset, ac una-  
 cum Varvicensi Comite, totoque exerci-  
 tus sui robore Londonum Angliæ metro-  
 polim contenderet. Regina, cum ferme  
 ante fores urbis sibi infensæ, & ad opem  
 inimicis suis ferendam adeo propensæ  
 consisteret, decretoriæ pugnæ discrimen  
 experiri, minus consultum existimabat;

quo-